



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Vigesimum nonum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

cuum, quod Falcoburgo Leucæ circiter spatio dissidet, est que quarta ex trans-Mosanis Brabantiae ditionibus, auctore ^A Guicciardino in Brabantia.

Caput Vigesimum octauum.

De alio cui gressus restitutus est.

Item alteri **Q**VIDAM deceim annis absque scipionibus ambulare non poterat. Venit ad tumulum martyris, & scipionibus illic relictis, domum ^B sanus reuersus est.

Notatio ad Caput Vigesimum octauum.

§. Domum sanus reuersus est.

Fuisse hunc domo Herderensem, Tungros inter, & Traiectum, ad Mosam manuscrip. codex testatur.

C

Caput Vigesimum nonum.

De dolore capitis, & gutturi mulieri Coloniensi profigato.

Dolorcapitis & gutturis profligatur. **M**ULIER quadam Coloniae in platea salaria habitans, nouem annis dolore capitis & gutturi laboravit. Nocte quadam, doloris immanitate urgente, beatum martyrem implorat, & ante solis ortum tumor & dolor omnis abscedit. Mane igitur adit sepulchrum eius, hilariter suas oblationes exhibet, agit gratias, & læta reddit ad suos.

Notatio ad Caput Vigesimum nonum. D

MAnuscripti nihil hoc capite amplius afferunt, quod Surianæ editioni mereatur addi.

Caput XXX.

De pueri contracto, & Ministro Episcopi Mindensis curato.

Pueri contracti curati. **M**INDENSIS Episcopus veniens in Giuelsberg, orandi causa ingressus est in facellum, quod illic in loco cædis eius fabricatum est, Oblatus

tus